



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Alienatio Rerum Ecclesiasticarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

crantur, sed eliguntur à suis monachis, vide Rebuf. in pract. tit. de cler. & à quib. & quomodo creentur, n. 14. & 16. ubi etiam habetur, quòd à quibusdam Prioribus possit conferri prima tonsura. Sed requiritur, ut saltem sit professus expressè, aliàs non potest eligi in Abbatem. Abb. in c. cum in magistrum, n. 1. & 2. de elect. & in c. meminimus, n. 1. & 7. de accus. dicit melius, & in c. cum inter monasterium, n. 25. de re jud. Quintò, nec ipsi Abbates possunt conferre hos ordines; nisi in suis monasteriis. c. quoniam 69. dist. nec suis monachis, nisi professis. Rebuf. loc. cit. fol. 9. n. 71. Innoc. in c. 1. n. 2. & 3. de cler. peregr. & in d. c. 1. n. 2. de sup. neg. prat. Sextò, quòd clerici subditi jurisdictioni ipsorum Abbatum quando mittuntur ordinandi ad alios Episcopos, debent habere dimissorias ab Episcopo illius diocesis, intra cujus limites commorantur, nec inquiritur consensus ipsorum Abbatum, ita Concil. Trid. loc. cit. Septimò, ipsi Abbates possunt ordinare suos, quoad minores, sine Episcopi examinatione. Navar. conf. 14. de privil.

ALIENATIO RERUM ECCLESIASTICARUM.

SUMMARIUM.

1. Quot modis liceat fieri alienationem rerum Ecclesiasticarum, & quid alienationis verbo contineatur.
2. An liceat fieri locationes ad longum tempus, i. ultra triennium.
2. Quae dicantur solita concedi ad longum tempus.
4. Quando fiunt ultra triennium in solitis

qua requirantur conditiones, & circumstantiae.

5. An hoc sit verum in rebus parvis.
6. Quae dicantur res parvae quantitatis.
7. Quae disposita circa hoc sint à sac. Conc. Trid.
8. Quot nam modis est recepta Extravagans Pauli II. de qua inferius.
9. An aliqui habeant hanc facultatem alienandi ad longum tempus.
10. Quando dubitatur de adhibitis solemnitatibus, quid agendum.
11. Quot persona perita ad procedendum quoad rem Ecclesiae alienandam requiruntur.

AD Primum. Vide gl. in sum. 12. Syl. in ver. alienatio, §. 1. Covar. lib. 1. c. 17. n. 2. var. resol. quia hodie omnes illae causae, etiam per Bullam Pauli II. quae incipit, Ambitosè, sub tit. de reb. non Eccles. alien. admittuntur per illa verba in casibus à jure permissis, ita Covar. loc. cit. n. 4. concl. 1. tamen quidquid sit de jure communi, de stylo non venduntur, etiam in istis casibus immobilia Ecclesiae, neque mobilia pretiosa absque summi Pont. concessione, vide Novel. de jure protin. §. 4. nu. 78. & Affl. decis. 386. n. 6. ita Gomez. tract. de brevibus, nu. 22. & Stap. de lit. gra. fol. 352. n. 1. ubi dicunt, quòd hoc conceditur per breve, etiam in dispositione, c. terrulas. 12. q. 2. & in authent. utem pradium, C. de sacrosan. Eccl. & gl. in ver. onere, in l. si fundus, ff. de reb. cor. & sic cessant hodie, quae dicuntur in d. gl. in sum. 12. q. & c. nulli, de reb. Eccl. non alien. & in l. iubemus, §. oeconomus, C. de sacrosan. Eccl. Cov. loc. cit. c. 16. n. 7. Quoad secundum, vide Abb. in c. nulli, n. 13. & 14. de

14. *de reb. Eccl. non alien.* sed potest Episcopus de communi usu alienare rem modici valoris sine decreto, & quæ potius damno quam utilitati sit Ecclesiæ, Gl. in 6. 1. 1. q. 7. Bertach. *tract. de Epif. 4. p. q. 36. n. 10.* Rod. *tract. de reb. non alien. q. 13. an. 1.*

Ad Secundum, Respondetur, quod dicta Bulla non prohibet fieri locationes ad longum tempus, in rebus solitis sic locari, ut patet intuenti, nec in casibus à jure permittis. Navar. *c. 27. n. 149.* nec in rebus immobilibus minimis, Cajet. *in sum. in ver. excomm. c. 75.*

Ad Tertium, Sit prima conclusio, illæ possunt concedi ad longum tempus, de quib. disponitur in *c. ad aures, hoc tit.* & res minus utiles & onerosæ Ecclesiæ, quæ plus incommoditatis afferunt, quam utilitatis, possunt alienari etiam sine aliqua solemnitate, *c. ut super, §. possessiones, hoc tit.* Guid. Pap. *q. 156.* & res steriles Ecclesiæ possunt alienari absque decreto. Capyc. *decif. 113. num. 2. & 3.* Navar. *tract. de reb. Eccl. non alien. us. 3. d. c. terrulas.* Secunda concl. quando res esset bis locata, vel concessa lapsu quadraginta annorum, dicitur solita concedi ad longum tempus. Clarus in *§. feudum, q. 13.* Imola in *c. si. de loc. & cond. in ult. charta, ver. quando antem dicatur.* Jalon. in *l. 2. n. 209. ver. per ista conclusio, de jure emphyt.* Tertia conclusio; etiam si semel sine solemnitate, ratio est, quia res semel facta alienabilis, durat perpetuo alienabilis, *l. pater filium, §. 15. ff. deleg. 2.* Capyc. *decif. 156. num. 22.* etenim de aliis rebus nunquam datis, vel concessis, quando adest consuetudo dandi rem Ecclesiæ sine solemnitate, quia valet consuetudo sine solemnitate, in u-

tilitatem Ecclesiæ, Paris. *confi. 101. n. 3. lib. 1.* Crav. *confi. 151. in prin.* Dec. *conf. 341. n. 12. in fine.* & quod ista consuetudo valeat, quod adhibeantur solemnitates juris; vide Syl. *loc. cit. §. 13.* Roch. de Cur. in *repet. cap. si. de consuetud. fol. 23.* Navar. *loc. cit.* Boer. *decif. 1. num. 20.* & licet Dec. in *c. 1. hoc tit.* dicat talem consuetudinem non prævalere, hoc tamen intelligitur, quando omne jus Ecclesiæ alienatur, nihil ipsi remanens, Ruinus *confi. 41. n. 36.* Covar. *loc. cit. c. 17. num. 4.* Quarta conclusio; si fuerit alienata res Ecclesiæ sine solemnitate juris, & dicta alienatio tendit in evidentem Ecclesiæ utilitatem, valet dicta alienatio, Jalon in *l. iusjurandum, §. pupillus, columna ff. de iur. rejur.* Abb. in *c. causam, colum. penul. in fine, de iud.* Maran. *4. p. dist. 16. num. 46.* GOZ. in *c. si annum, §. si vero, n. 24. de iud. lib. 6.* Capyc. *loc. cit. num. 4.* Boer. *decif. 144.* Addit ad deci. Rotæ. 156. Abb. in *c. 1. de his, quæ si. à prelat. si. con. Cap. & Guid. Pap. q. 159. & seq. & ibi addit. in q. 151.* imò Ecclesia potest compellere emptorem, vel locatorem, vel emphyteutam, vel stet contractui, etiam si in eo non intervenerint solemnitates debite. Tiraq. *de retract. convent. in fine, n. 150. juxta finem,* Vinc. de Franc. *decif. 35. n. 138. & 139.* Quinta conclusio, hoc extenditur etiam ad mobilia pretiosa; patet initio dictæ Extravaganantis, & ratio est, quia mobilia Ecclesiæ pretiosa, censentur immobilia. Panor. in *c. 1. de his quæ sunt à prelat. & c. Sylvest. loc. cit. num. 9. §. 10.* Tiraq. *loc. cit. §. 1. gl. 7. n. 99.* Sexta conclusio, hoc extenditur ad annuos census, seu redditus, in *Clem. Exivi, in §. quia igitur, verso, cumque annui redditus;*
ratio

ratio est, quia isti annui redditus inter immobilia numerantur. Septima conclusio, hoc extenditur etiam ad pecuniam quæ est in banchis, Tiraquel. *de utroque retract. gl. 6. num. 1. Foll. prac. crim. fol. 62. num. 1. Et fol. 103. num. 113.* sed hoc debet intelligi, quando illa pecunia reservata in banchis, efficit deputata ad emenda bona immobilia. Tiraquel. *loc. cit. gl. 7. n. 105. Et 112.* & an idem sit de pecunia redacta ex venditione rei immobilis, utrumque tenet Tiraq. *loc. cit. n. 3.* sed tutius mihi videtur esse ejusdem naturæ, cujus res erat, ex cujus venditione confecta est, Sylvest. *loc. cit. n. 7. §. 8. ver. 1. licet Boer. decis. 209. teneat oppositum, nempe dictam pecuniam esse numerandam inter mobilia.* Octava conclusio, hoc fallit, primo in censibus, sive annuis redditibus, qui extinguuntur cum persona, nam habent symbolum mobilium. Abb. *in cons. 13. col. 3. lib. 2. Gomef. in q. 1. col. 3. de trien. possess.* Nona conclusio, fallit in locatione facta ultra triennium, quia remanent valida solum quoad triennium, Covar. *loc. cit. c. 16. n. 5.* & ita dicit esse in praxi Bal. *in auth. si quasruinas, C. de sac. sanct. Eccl. Imola in c. ex parte de feud. col. penult. Alex. cons. 38. facit c. utile, per reg. jur. in 6.* Decima conclusio, fallit in fructibus, & redditibus ecclesiasticis, quia locationes istorum non videntur prohiberi per dictam Extravag. *ultra triennium, Covar. loc. cit. num. 6. §. 6.* quamvis Boer. *decis. 224. num. 2.* idem censeat in fructibus, & ita passim fervetur in praxi. Vide Panorm. *in c. vestram, de locat. & Rodoan. de reb. Eccl. non alien. q. 17. n. 9. Navar. de spoliis, §. 4.*

negare videtur etiam de usufructu, in. 1. Imol. *in cons. 11. de reb. Eccl. non alien.* id negat etiam de fructibus pensionis. Undecima conclusio, non potest fieri locatio ad sex vel novem annos, cum hac clausula, ut tot sint locationes, quot triennia, & finito triennio, tunc censeatur facta nova locatio. Covar. *loc. cit. num. 4. vers. 1. Card. in Clem. 1. hoc in. §. si. q. ult. Lopus alleg. 12. Anchar. cons. 75.* Idem ratio, quia evidentissime posset quis committere fraudem contra dictam extravagantem. Duodecima conclusio, licet prohibeantur locationes ad longum tempus, & alienationes, non tamen hypothecatio ex magna Ecclesiæ utilitate, præmissa tamen canonica solennitate, Covar. *loc. cit. n. 7.* sed Iser. *in rub. per quos fiat investitura. num. 2.* dicit quod prohibita alienatione, prohibetur etiam pignorum ablatio. Decima tertia conclusio; Prælatus successor tenetur stare locationi factæ à prædecessore suo, quando locavit nomine Ecclesiæ, secus si nomine proprio, ut quia fructus pertinebant ad ipsum prælatum. Covar. *loc. cit. c. 15. n. ult. Vinc. de Franc. decis. 163. n. 8, 14. Et 15. facit c. quia de judic. Et ibi gloss. c. significasti, de rescri. & ibi gl. in ver. vive-ret. gl. in c. dilecti filii, in ver. contra, de for. compet. c. is qui in jus, de reg. lib. 6. Gomef. in c. 1. n. 64. de consuet. lib. 6. Dec. Rot. 29. de procur. in novis, Gomef. in q. 62. de ann. possess. Addit. 2. decis. 18. de rescrip. ubi habetur, an & quando teneatur & conveniatur successor prælatus pro prædecessore, & quando successor posset uti jure prædecessoris, vide Boer. *decis. 204. numer. 48. Et decis. 224. numer. 3.**

& *decif. 58. n. 9.* hoc fallit in casu, de quo *in ver. Episcopus, n. 16.* & *Afli. decif. 101.* & an idem sit de uxore, circa locacionem factam à viro, casu soluti matrimonii, vide *Covar. lib. 2. c. 14. n. 5. var. resol.* vide *Bal. in margar. Innoc. in ver. pralatus.* Decima quarta conclusio, potest fieri locatio rei Ecclesiæ per novem annos, in casu, de quo *Covar. loc. cit. cap. 16. versic. 3.*

Ad Quartum. Habetur ex *Panor. in c. primo, de his, quæ fi. à pral. & c. & in c. sua, & in c. cum Apostolica, & in c. nulli, de reb. Eccl. non alien.* & ibi *Doct.* ubi in summa habes, quod ista debent concurrere ad solemnitatem contractus hujusmodi. Primum tractatus clericorum ad sonum companellæ. Secundò consensus omnium, vel majoris partis, Tertio subscriptio omnium, ut singulorum. Quarto quòd sit in evidentem Ecclesiæ utilitatem. Quintò consensus Episcopi, vel Abbatis, vel aliorum prælatorum habentium Ecclesias pleno jure. *Abb. in Clem. 1. n. 7. de reb. Eccl. non alien.* & ibi *gl. in ver. proprij,* si res est parvi momenti, nec ultra triennium, *Capy. decif. 105.* vel consensus Papæ, si est de non solitis, & ultra triennium; & de rebus non parvis, ut dicam *ad 5. §. c. sine exceptione, 12. q. 2. c. placuit. ibidem Syl. in ver. alienatio, §. 3. & 4. Guid. Pap. q. 149. decisio. 100.* vide multa in *Vinc. de Franch. decif. 160. n. 9. 12. 13. & 14.* sed an requiratur consensus Episcopi Ecclesiæ, an loci, ubi est res alienabilis, vide *Abb. c. pastoralis, n. 10. de privil.* & *Bart. in l. 1. C. de contrah. emp.*

Ad Quintum. In locacionibus, pro-

ut in canone *terrulas*, non habet locum *Paulina*, patet per verba ibidem posita: nam licet alienare absque solemnitate, dummodo duo copulative interveniant, quod sint *terrulæ*, & quòd necessitas addit; ita quotidie in materia feudali similia practicamus, quando quæritur, quæ sint illa quæ concedi possint per Barones absque domini assensu ad ratam fructuum, de quo per *Iser. in capit. 1. an ille, qui inter. in sine. Capy. in investitura feudorum, in ver. feudorum alienationis, vel limita 5. Camera, in c. Imperialem, pag. 4. col. 3. ver. 5. ubi latè,* & adde quòd personæ ecclesiasticæ quamvis locare adhibitis requisitis à jure possint, tamen de rebus Ecclesiæ de novo feudum concedere nequeunt. *c. 1. Episcopum, Abbatem, vel Abbatissam,* sed solitas antea infeudari in feudum dare possunt, nisi prædecessor prælati stetisset spatio triginta, vel quadraginta annorum quod non infeudasset, sicut prædicto temporis intervallo præscribitur vasallagium, *l. cum qui, C. de fun. rei privata, lib. 11.* quod intelligendum est de ultimo prædecessore: nam attenditur quod ultimus fecerit, *l. Me-la. §. sed si alimenta. ff. de alim. & cib. leg. Iser. de his, qui feudare poss. in princ.* vide *Bal. in marg. Innoc. in ver. pralatus concedendo.* & quòd locatio, prout *in d. c. terrulas*, seu alienatio debeat fieri cum omnibus requisitis superius, excepto assensu Apostolico, sed solum sufficit decretum superioris, *Capy. & Gui. Pap. loc. cit. §. 3. Covar. loc. cit. c. 17. num. 2.* ubi dat rationem quam videas, & *Innoc. in cap. irrita. de his, qui fi. à pral. & c.*

Ad sextum. *Gl. in d. c. terrulas, in ver. exiguas,*

exiguas. dicit, illas dici posse terrulas, & vineolas, quæ non valent ultra viginti solidos, vel quod sint nullius redditus, secundum gl. in c. ut super, §. sessiones, & ibi Imola, nu. 9. de reb. Eccles. non alien. Abb. in c. secundo, de his, quæ fi. à prelat. Innoc. in d. c. ut super, quod confirmatur, ex c. si quos, 12. q. 2. Verum quid, & quanti valoris sit solidus, vide Covar. in c. II. lib. 2. §. 3. var. resolut. & tract. de manumiss. §. 1. & 2. ubi declarat discrimen inter solidum, & aureum, facit c. qui subdiaconum 17. q. 4. & cap. conquerente, de offic. ordinar. & Rodoan. tract. de re Eccl. non alienan. q. 52. n. 77. ubi dicit hoc esse arbitrarium iudici; Staph. de lit. grat. fol. 352. & num. 1. §. 2. ubi dicit quod d. c. terrulas, extenditur ad valorem centum ducatorum, aut ad annum censum quinque ducatorum, & ita audivi praticari in Archiepiscopali Curia Salernitana, tempore Marci Antonii Marfilii Columnæ Archiepiscopi viri doctissimi, tamen gl. sive apostilla gl. d. c. n. 5. ex Hostien. dicit hoc debere attendi, juxta consuetudinem terræ, facultates Ecclesiæ, & rei venditæ, seu locatæ quantitatem. Host. in sum. in tit. de his quæ fi. à prelat. §. ult. in princip. Vide Gom. de grat. expect. n. 98. Staph. in 9. for. grat. nu. 37. Host. in sum. tit. de his quæ fiunt ab Episcopis. §. fi.

Ad Septimum. Sacrum Concil. Trid. sess. 25. cap. 13. de refor. cupiens innovare jus commune, & dictum Paul. ducere in viridem observantiam, statuit, prout infra, & sic fit prima conclusio, omnes locationes, quæ sunt anticipatis solutionibus in præjudicium successorum, nullæ & invalidæ intelligantur. verbi gra-

ria, Ecclesia vult alienare, seu locare aliquam rem pro annuis ducatis, quinque, vel sex, & facit, ut conductor, seu emptor prius solvat viginti, vel triginta ducatos, pro ingressu, vel pro intratura, ut vulgò dicitur, hæc reprobatur sac. Concil. ratio est, quia redundat in præjudicium successorum, & in lucrum præsentium, sed ut non sit in præjudicium successorum, fiat, ut illi viginti, triginta, seu quadraginta ducati convertantur in majorem annum redditum, sive censum, & si cum anticipatis illis faciebant annum censum, pro quinque, vel sex, accipiant nihil pro intratura, & augeant pro septem, octo, vel novem, & sic de singulis, & hoc non erit in successorum præjudicium, quando verò fieret aliqua anticipata solutio, & non in præjudicium successorum, hoc non reprobatur à Conc. ut sunt quædam laudemia, sive Quarta, ut ajunt, & Sylv. in ver. laudemium, & in verbo, emphyteusis, numero vigesimo octavo, & §. vigesimo primo. Secunda conclusiones rerum Ecclesiasticarum confirmatas etiam auctoritate apostolica factas ad longum tempus in damnum Ecclesiæ à triginta annis citrà, Synodus provincialis, vel deputandi ab ea contra canonicas sanctiones contractas fuisse judicabunt. Concil. Trid. loc. cit. ex qua conclusione elicitur. Primò, quòd si aliqua locatio, seu alienatio facta sit contra canonicas sanctiones, & est in Ecclesiæ utilitatem, non irritatur per ea, quæ dixi supra, §. tertio, conclus. 4. & ratio est, quia Conc. requirit, ut sit in damnum Ecclesiæ, & contra canones. Secundò, quòd à triginta annis citrà non intelligitur, ex

nunc, sed à die, qua incipit obligare sac. Conc. quod fuit Kalendis Maii, 1564. prout in Bulla pii IV. sub datum Romæ, eodem anno Kalendis Augusti, Pontificatus ipsius anno quinto. adeò quòd illæ dicuntur factæ locationes à triginta annis citrà, quæ factæ fuerunt triginta annis antequam inciperent obligare decreta Concilii. Tertio, quòdnam dicatur tempus longum de jure communi, & quòd secundum dictam Paulinam de primo vide gl. in Clem. prima, in ver. ad tempus modicum, de reb. Eccl. non alien. ubi recitat varias opiniones, tamen gl. in Clem. Exivi, in ver. cumque annis reditus, in fin. dicit longum tempus esse ultra decennium, Navar. loc. cit. n. 151. gl. in l. codicillis, §. instituto, de leg. 2. Navar. in c. 1. §. 2. n. 5. de pœn. d. 1. tract. com. opin. c. de præscr. dicit decem, vel viginti annorum intelligi longum tempus: de secundo quo ad longum tempus ex dispositione tactæ Paulinæ, intelligitur ultra triennium, ut patet ex dictis. Tiraq. de utro. retrac. c. 1. gl. 6. n. 9.

Ad octavum. Navar. & Cajet. loc. cit. dicunt dictam Paulinam, alibi in nihilo esse receptam, alibi solùm quoad irritationem contractus, & sic videtur esse recepta in regno Neapolitano.

Ad nonum. Ordo S. Augustini Eremitanorum, habet hanc facultatem alienandi in emphyteusim bona ipsius ordinis, ultra triennium in evidentem Ecclesiæ utilitatem, Gregor. XIII. Bulla 9. fol. 1202. in Bullario, & hanc facultatem dicunt etiam habere fratres ordinis Prædicatorum, ut audivi in facto, sed non vidi.

Ad decimum. Si dubitatur in quibusdam contractibus antiquis alienationum

rerum Ecclesiasticarum, non adfuisse solemnitates extrinsecas, prout dixi superius, §. 4. dico quòd præsumitur omnes exhibitas fuisse, Casy. decis. 16. n. 1. Affl. et. decisio 368. Vide Gemin. in c. 1. vers. quare quare, de præscr. lib. 6.

Bullas, & constitutiones diversorum summorum Pontificum, dantes formas de materia, vide Rodoan. in ultima tract. de reb. Eccl. non alien.

Ad undecimum. Respondetur, quòd duæ, non una, quia agitur de præjudicio Ecclesiæ, prout Dec. in c. proposuisti, n. 13. de probat. §. quod autem, Auth. de non alien. reb. Eccl. Fel. & Abb. in d. c. n. 6. nisi una tantum persona petita reperiretur in loco, facit c. cum causam, de prob.

ARCHIDIACONUS.

Archidiaconus antiquitus de jure communi habebat multas jurisdictiones, quibus hodie vel per jus novum, vel per consuetudinem contrariam est privatus. Primò habebat perpetuam vicariam, & jurisdictionem ordinariam, cap. primo, & ibi gl. in ver. vicarium, & c. ad hæc, de offi. Arch. Sylv. in ver. Archidiaconus, §. 1. quod hodie nō habet, per Conc. Trid. sess. 24. c. 16. ubi capitulum eligit vicarium infra octo dies, de quo vide inferius in ver. Capitulum, §. 3. ergo Archidiaconus non est ipso jure Vicarius, sed potest dici, quòd infra illos octo dies Capitulo non eligente Vicarium, Archidiaconus est Vicarius ordinarius, ratio est, quia à jure antiquo non est recedendum, nisi quoad excepta in novo, in l. precipimus, C. de appellat. Navar. c. 22. n. 39. sed Concilium dat spatium Capitulo eligendi Vicarium infra octo dies, ergo